220

382

# SURSUM CORDA
ad
impetranda
VIRO
*MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO,*
*Excellentiſſimoque*
DOMINO,
# D. PAULO PHILIPPO RÖBERO,
ECCLESIÆ ET DIOECESEOS
FREIBERGENSIS
PASTORI AC SUPERINTENDENTI
MERITORUM GLORIA CELEBRATISSIMO
PATRONO SUO ÆSTUMATISSIMO,
CORPORIS ANIMIQUE ROBORA,
ipſis Onomaſteriis Paulinis
*d. 25. Januar. A. R. G. M DC XCIV.*
ex devotiſſima obſervantia ferebant
GYMNASII COLLEGÆ
cum
SUPERIORUM CLASSIUM ALUMNIS.

---

TYPIS BECKERIANIS.

219.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-88358-p0001-6

## Ad Cœtum Scholaſticum

προσφώνησις.

SURSUM CORDA! Deo meritæ præconia laudis
Dicite, quòd Pauli lux peramica redit.
Lux, quæ Ephorum noſtrum blanda dulcedine mulcet,
Quòd cernit noſtras aſtra ferire preces.
SURSUM CORDA! Deum proporro in vota vocate,
Ut Paulum noſtrum ſoſpitet atque beet.
Namque Ephoro noſtro ſalvo ſunt omnia ſalva,
Grex quoque Muſarum cum Duce ſalvus erit.

Onomaſteriis Roberianis non ſimplici
voto ex corde ſimplici applaudens
ſcrib.

M. Tobias Liebe/ Gymn.
patr. Rector.

---

I.

R*Oeberus*, laus Euſebiæ, pietatis ocellus,
Gloria Theioſebes & Claridum unus amor,
Auſpicium feſti recolit dum Nominis; ipſi
Ex animo cuncti proſpera quæque vovent.
Caſtalio imprimis verò gens ſacra *Patronum*
Hunc ſalvere jubet terque quaterque ſuum.

II.

Doctrina, eloquium, pietas, concordia, candor,
Omnigena & virtus, omnigena arsque ſimul,
Et vultus gravitate nitens, dignatio, Honorque,
Cultus apudque homines, Gratia apudque Deos.
Singula ſi laudem hæcce parant: Venerande *Patrone*,
Iſta *Tibi* hæc laudem ſingula nonne parant?

III.

At tu, ſancte Deus, largè qui tanta dediſti
Munera virtutum, & ſplendida dona *Viro*:
Ipſum conſerva ſalvum per tempora longa,
Diſſidio noceat mors neque prava ſuo:
Tantas virtutes in eo & decora exſpirare,
Jactura O cunctis quàm foret iſta gravis!

Pleno affectu
pr.
Chriſtian Fritzſche/
Con-Rect.

*Vobiscum*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-88358-p0002-1

*Vobiſcum Dominus ! vox hoc Tibi tempore crebra eſt ;*
*Hæc, venerande Senex, vox quoque noſtra frequens.*
*Sit Dominus Tecum ! vires & verba miniſtret,*
*Cùm ſurſum hoc anno tollere corda jubes !*
*Sit Dominus Tecum ! firmet greſſusque pedesque,*
*Officii ratio cùm jubet ire Tui.*
*Sit Dominus Tecum ! quoties occaſio poſcit,*
*Intrepidâ ut tribuas voce cuique ſuum.*
*Sit Dominus Tecum ! vitæ ſi longior hujus*
*Uſus contigerit, Duxque Comesque ſiet !*
*Sit Dominus Tecum ! Tibi per diſcrimina mortis*
*Tendenti in vitam, porrigat ipſe manum !*

*Ita ex animo precatur*

Iſrael Beyer/ Coll.
Tertius.

---

LOngævæ promiſſa facit vitæ DEUS illi,
Cujus aperta nihil pectora fraudis habent.
Inſuper affirmat vitæ quoque dulce Levamen;
Grandævum Senium, dicit, ad usque feram.
Eſaiæ. 46.
Quàm ſit vera Dei promiſſio, Myſta colende,
Röbere, exemplum comprobet hocce tuum !
Lætaris ; meritò Tecum lætantur Amici ;
Gratanturque Boni de Bonitate DEI.
His mea jungo brevi Syncharmata, Vota, Precesque,
Utque tulit Te, ſic portet Jöva diu !

Animô gratulanti & benè precanti

**J. E. S. C.**

---

# PATRONE.

EN votum ternis depromptum pectore verbis,
Quod læto jungit Muſa tenella Choro :
Sit benedicta Dies multos augenda per annos,
Perpetuâ ut poſſis proſperitate frui.

Vovebat cordicitus

Gabr. Francke.
Coll. V.

 Pulveru-

PUlverulentus ego Tibi quæ Venerande Patrone,
Vota feram? numerum pulveris ecce precor.
Eſt iſte innumerus pulvis, qui me premit usque:
Fauſtos innumeros det Tibi Jova dies.

Georg. Heroldus,
Colleg. VI.

---

DJe Hertzen in die Höh.
Herr Röbers Namens Sonne
Bricht an/ und bringt Jhm Freud und Wonne/
Und wehret allem Weh.
Drum wünſchet: Daß GOtt Jhn noch ſtütze/
Vor allem Ubel ſchütze/
Jn ſeinem Buſem trage/
Gleich wie ein Hirte thut/
Biß Er die Lebens-Tage
Beſchleuſt auff Chriſti Blut.

Samuel Tham/
Succentor.

---

Τῆς εὐχωλῆς λῆστε, Συνήγορε, μὴ ὀλιγωρεῖς,
Τὴν πέμπει κἂν δύσφρονος ἐκ ψυχῆς ὁ ἔρως μου,
Λάμβανε ἀλλὰ φιλοστόργῳ καὶ βλέμματι φαιδρῷ.
Εὔχομαι οὔτι πολυχρύσοιο τὰ χρήματ' ὑπὲρ σοῦ
Πακτωλοῖο, ἃ φεύγει ἤματος οὔτι μένοντος.
Νέστορος εἴτε γ' ἔτη εἰκῇ ἃ ποθεῖται ὅπου δέ.
Τοῦ πομπῇ δὲ Θεοῦ παράγει βαιὸς βίος ἡμῶν.
Ἠὲ τὸ εἶδος δεινατὸ ἄλλο. Ὅ εὔχομαι οὐδὲν
Ἐσσὶ φθιτὸν, μήτ' οὐρανὸς ὕψιστος καὶ ἄμετρος·
Καὶ προφερέστερον οὐδὲν ἔχει ἡ καρποφόρος γῆ.
Εὐχῶν μου κορυφὴ αὐτὴ χάρις ἐστὶν ἸΗΣΟΥ.
Ἡ αὐτὴ χάρις ἀΐδιος τεὶν εὖ μάλα ἀρκοῖ,
Ἡ χάρις αὐτὴ γοῦν μετὰ σοῖο ἔοι, ἵνα σῶμα
Σὺν τῇ ψυχῇ αἰὲ μένῃ τῷ κάρτεϊ αὐτῷ!

Johannes Gotthard Rößler/
Collaborator.

*Rœbere Excellentiſſime,*
Relucеſcente *Nominali Tuo*
Multi afferunt Vota,
Multi dona.
Ego vero NIHIL.
Nihil opto, niſi ut ante votum DEUS conferat omnia;
Ultra votum perfectisſima.
Nihil affero, quia Nihil exigis.
Et qui exigas?
Qui pietate Tua votorum ſuperas fiduciam.
Nihil votorum affero,
Quia in Conſtantiam Tuam nihil poteſt infelicitas.
DEUM amas,
DEUS TE amat,
Nihil ergo Tibi nocere poterit:
Neque futura, neque inſtantia,
Neque fortitudo, neque altitudo,
Nec ulla creatura.
Nemo igitur mirabitur,
Quod, dum alii alia afferunt,
ego afferam
NIHIL.

Joh. Chriſt. Richter.

## MADRIGALE.

DJe Muſen ſind ergötzt/
Und haben ſich der Freude gantz ergeben/
Dieweil ſie heut den Nahmens Tag erleben/
Der unſern PAULUM hoch erfreut.
Daher ſie durch Geſang und Weiſen
Den MENSCHEN HÜTTER preiſen
Und wündſchen/ daß Er lange Zeit
Den theuren Mann nach Adlers Arth erhalte/
Und über Jhn noch ferner walte!
Das thut auch meine Bruſt
Jn tauſendfacher Luſt.
GOTT gebe das Gedeyen!
So kan ſich denn Herr Röber auch erfreuen.

Chriſtian Büttner/ Fryruthâ Variſc.

FAuſta TIBI veniunt Præconia, PAULE Colende,
Dum celebrare ſoles læte Onomaſma Tuum.
Fauſta, precor, maneant Præconia tempus in omne,
Sis ſanus, ſalvus, corpore, mente, Tuis.

Chriſtianus Gabriel Cronberg/ Freib. Miſn.

M*Orbidus, æger, inops jam nunc quæ Vota precesque*
*Fundam? Morbi expers vive, PATRONE, Tuis.*

Johannes Zacharias Purbach/
Olſnâ Sileſius.



*Imme-*

IMmemor ne ſim, Patrone, fauſta quæque comprecor:
Sit Deus Tecum, Tuas dum membra ſpiritus reget.

Chriſt. Sam. Sperling/ Niderſchön. Miſn.

Ordo nunc me, PAULE, tangit
Vota jam devota ferre,
Corde ſinceriſſimo,
Ille, cujus ſancta juſſa in
Monte, qui floret Metallo,
Usque & usque prædicas,
Faxit, ut vivas in omni
Proſperâ felicitate,
PAULE, longo tempore,
Ut diu nos audiamus
Sancta verba, CORDA SURSUM,
Ex tuo ore melleo.

Joh. Chriſt. Füſſelius, Lieberſeenſ. Miſn.

CLara dies Pauli noſtri, bona tempora nobis
Apportas. Ergo Clara ſubinde redi.

Johannes Georgius Schade/ Rochl. Miſn.

DJe Beine werden ſchwach/ die Kräffte gehen ein/
Wer wird/ mein ROEBER/ nun Sein treuer Beyſtand ſeyn?
GOTT/ der es zugeſagt/ wird heben/ tragen/ halten/
Und ferner über Jhn mit ſeiner Gnade walten.

Johann Chriſtian Röhlicke/
Jonasbachenſ. Miſn.

TE roboret, Præſul, Ter optimum Numen,
Tibique vires largiatur infractas,
Ut muneri ſanctiſſimo tuo præſis,
Quamplurimos annos perenniter ſoſpes.

Johann Gottfr. Schneider/ Olſnâ Variſc.

WJllkommen froher Tag! ihr angenehmen Stunden!
Die ihr auff dieſes Rund euch nunmehr eingefunden/
An welchen wiederum der theure ROEBER heut
Begeht ſein Namens-Feſt und höchlich ſich erfreut.

GOTT laß noch lange Jahr/ JHN/ dir/ mein Freyberg/ leben/
Auch ſeines Geiſtes Krafft ob ſeinem Häupte ſchweben/
Daß Er mit ſeiner Lehr die Heerde weiden kan/
Und viele Hertzen führ zum hohen Sternen-Plan.

Johann Georg Seidel/ Schlett. M.

Ecce dies rediit, Pauli, proh! gaudia magna,
Quòd noſter ſpirat ſoſpes Epopta pius.
Pelle ô ſancte DEus procul omnia nubila, facque
Robero ut noſtro cuncta ſerena fluant.

Georg. Mullerus, Schönbrunnenſ. Miſn.

OB ſchon bey dieſer Zeit/ da Schnee und Kälte wüttet/
Wir offt mit Traurigkeit gantz werden überſchüttet/
So muß doch heute nun die Traurigkeit vergehn
Und nichts als Frölichkeit an unſer Seite ſtehn/
Denn ſeht/ das werthe Haupt/ das dich O Freyberg zieret
Und das ſein heilig Ampt mit groſſen Nutze führet/

Bege

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-88358-p0006-3

Begehet heut in Fried den frohen Namens Tag
(O gieb o groſſer GOtt) entfernt von aller Plag.
Mein wündſchen iſt bereit/ GOTT laſſe Jhn ſtets grünen/
Daß Er an ſeinen Wort/ mit Nutz noch lang mög dienen/
Er geb/ daß allezeit/ was nur ſein Hertz begehrt/
JHM ſey im Himmel ſchon vor längſten zugewährt.

Johann Gottlieb Voigt/ Fr. Miſn.

---

NUminis æterni ſit ſemper gratia Tecum,
Hæc genus omne mali Te ſuperare juvet.
Hæc tribuat bona cuncta Tibi, Venerande Patrone,
Hæc addat robur corporis, atque animi.

Chriſtoph. Dietzius, Grimm. Miſn.

---

*COnveniunt rebus nomina ſæpè ſuis.*
*Sic vetus habet Sententia.*
*Quam tamen ipſum* Nomen *Tuum,*
Rœbere Excellentiſſime,
*quod jure meritoque venerabile*
*nobis eſt,*
*planè refutare videtur.*
*Nomen habes â robore,*
*ſed robur Te deſerit atque deſtituit;*
*Magno enim cum dolore Te vacillantibus pedibus*
*ſatis infirmum ſacra pulpita conſcendere*
*videmus;*
*Sacram ædem infirmo ingreſſu Te adire magnâ*
*cum triſtitia videmus.*
*Quæ ſanè omnia Tuam imbecillitatem atque infirmitatem*
*ſatis ſuperque arguunt.*
Sed fallor!
*Robuſtus es, firmus es,*
*Inſigni polles robore,*
*Etiam Tu* nomen & omen *habes.*
*Robur exeris in precando,*
*Robur exeris in obeundo*
*ſplendido munere, dum animas*
*robuſtiori illi ex robuſtis illius*
*faucibus robuſtô conamine eripis.*
*Robur adeſt judicii,*
*Robur adeſt ingenii.*
*Sic utique in Te etiam*
*Conveniunt rebus ſuis Nomina.*
*Supremum Numen corporis quoque*
*robur tanto in munere*
*concedat,*
*Ut robuſtus cervi tempora vivendo*
*ſuperare poſſis.*
*Robur illud ſeptemplex Numinis altè*

*Te roboret præcipuè,*
*Ut reddere queas fide robuſtos*
*quàm plurimos.*
*Talis & evadas & Nomine & omine*
*ſemper!*

יְהוָה תָּצִיר יִהְיֶה עָלֶיךָ
יְבָרֶכְךָ הַכֹּל מַעֲשֵׂי כַפֶּיךָ
וְעֶלְיוֹן הַרְבֵּה יַרְבֶּה יָצִיךָ
וְשָׁלוֹם יִתֵּן בִּסְבִיב בֵּיתֶךָ׃

*Vive le grand Patron,*
*Cede toute fâcherie,*
*Soit heureuſe toute vie,*
*Et toute Sa Maiſon.*

*Endoctrine long temps,*
*En tout oeuvre & lieu*
*Vienne au ſecours Dieu*
*Et ſoit toujours content.*

Frider. Daniel. Schwartzenberg/ Dreſd. M.

DOna det quicunque poteſt, Patrone,
Aſt ego trado tua fata Jovæ,
Ut queas annos ſuperare multos
ſæpe docendo.

Noa Godofredus Hunger.
Waldheim. M.

Εὔχομαι τοῦτ' ἐκ τῆς κραδίης, Θεὸς ὑψιθόωκος
Σοὶ μὲν παιδευτῇ ὄλβια πάντα διδῷ!

*
* *

*PAuli Tharſenſis Converſio fert Onomaſma,*
*Paule Colende, tuum: Quo Tibi vota fero.*
*In bona convertat DEus omnia, quæ Tibi triſtis*
*Atque gravis ſenii forte minatur onus.*
*Gaudia mille ſonent, variè præcordia turbans,*
*Sit procul hinc luctus, Gaudia mille ſonent.*

Johannes Heinricus Reiſmannus Reinhardsg M.

Σέμνε Ἄνερ, δέομαί Σου τοῦ Ὀνομάσματος ἦμαρ
Εὐδαῖμον τ' αἰτῶ ἵνα ἐνθά θεός σε φυλάττῃ.

* * *

LUx convertendum Paulum clariſſima cœli
Cinxit. Noſtrum Ephorum nunc lux Onomaſtica cingit.
Luceat hæc & eam perſæpè reducat Apollo,
Disjectis nebulis cunctis claram atque ſerenam.

Johannes Michael Reiſmannus,
Reinhardsgrimm. Miſn.

*LÆta dies rediit Cœlo TIBI, Summe Patrone,*
*Quilibet hinc ſentit pectore lætitiam.*
*Lætus egoque animo teſtantia gaudia fundo;*
*Ex animo Votum nunc ſimul hocce meum:*

*Avertat*

*Avertat nocumenta DEus, det commoda contra;*
*Creſce, vigeſce & ſint candida fata Tibi!*
*Vive valeque diu, caſta cum Conjuge cumque*
*Dilectis Gnatis, ſic precor ex animo.*

Benjamin Schütze/ VVingend. Miſn.

QUi doces jam nos habere cor fidele, cor pium,
Corque mite, quale Jobo, quale Davidi fuit,
Quale nos in Abrahamo ſplenduiſſe cernimus,
Hoc diu ut queas docere, quæſo Numen adjuva!

Chriſtoph. Gottfr. Krantz/ Freib. M.

*HÆc lux lætitiæ eſt, ornet quam quilibet æquis*
*Donis: ſunt, quæ do, munera, vota pia.*
*Pectore vota fero tibi. Vir Celeberrime, ſemper*
*Ædibus aufugiant tempora dura tuis.*
*Inque tuas ædes intrent bona cuncta, Patrone,*
*Gloria, divitiæ, gratia, pax & honor.*

Chriſtian Claußnizer/ Frauenſt. Miſn.

DEr Schulen Oberſter/ der Kirchen Suprintend
Wird billig heut verehrt an ſeinem Nahmens-Feſte/
Mit einem Glückes-Wundſch. Ein ieder will das Beſte/
Jch ſonders/ weil es ſo die Schuldigkeit erkennt.
Er lebe lange wohl/ der theure liebe Mann.
Sein Ampt das ſegne GOTT bey Kirch- und Schul-Catheder/
So pflantzet Paulus recht/ ein eiferiger Beter!
Der für den Riß bey GOtt getroſt hintreten kan/
GOTT leit und führ Jhn ſelbſt biß an ſein ſelig End.
Das wüntſcht mit Pindus Schaar ſein Diener und ſein Pathe.
Rufft vivat! mit mir aus/ daß alles wohl gerathe
Der Schulen Oberſten/ der Kirchen Suprintend.

Johann Chriſtoph Opiz/ Freib. M.

LUcidus en iterum nunc fert Onomaſtica feſta
PAULI, Ephori noſtri Phœbus ab axe poli.
Hinc ex corde meo calida hæc ſuſpiria mitto
Ad cœlum, cœlo ſint rata vota precans.
Det Jova Aſtripotens, ut ſanus, ſumme Patrone,
Auguſtam hanc videas ſæpè redire diem.

Johann Mich. Hubelt/ Freib. M.

Ὁ κύριος σὺν ἄμμιν!
ὠτώπου ἐκ τεοῖο
τοῦ εὐβόλου προσαυδᾶς
ἄμμας, Επόπλα στηλε.

Τὴν σχολὴν ὁμοίαν
πάλιν ἔχω ἐν παρέργῳ
εἰς τὸν τεοῖο κόλπον
προσεύχομαί τε : σὺν σοὶ

Ὁ κύριος πέλοιτο,
ἱεροῦ τεοῖο μόχθου
Καὶ παλαιῆς μερίμνης
ὁ μισθὸς ἠὲν ἀσπίς.

Conſtantinus Lehmann/ Doebel. Miſn.

Iß iſt mein kurtzer Wuntſch: GOTT wolle allzeit ſetzen
Um unſers Röbers Hauß die * ſechßig ſtarcke Wachen/
Damit kein Feind nicht mög noch könne Ihn verletzen/
Noch ſonſt ein Ungelück Ihn etwa traurig machen.
Und wenn Er Lebens ſatt in dieſem Thränen-Thal/
So führen ſie Ihn hin in ſchönen Himmels-Saal.

* Cant. 3.

Benjamin Cruciger Mügelâ Miſn.

---

ΜΑκρόβιον ζωὴν αἰεὶ, ἀγαθώτατε ἀνδρῶν,
Πολλὴν εὐτυχίην, εὔχομαι ἐκ κραδίης.
Εὐλογέῃ παῖδας καὶ σοῖο γυναῖκα πανάγνην
Πάντα καὶ οἶκον σου εὐλογέῃ ὁ Θεός.

Eſaias Pufendorfius, Flöh. Miſn.

---

*NEſcio quid faciam, quæ vota aut carmina cantem,*
*Dum* Tua *lux convexâ rurſus ab axe recurrit,*
*Et carmen molli meditantur arundine doctum*
*Pierides caſtæ. Taceam ne? ô prorſus id abſit!*
*Proſpera proſperitas ſemper* Tua *tecta ſubintret!*
*Angelici comites* Tua *quæque pericla propellant!*
*Sis ſalvus, felix! Faxit quoque ſummus* Jöva,
*Ut lux hæcce* TIBI *novies deciesque recurrat!*

Johannes Jacobus Vogelſang/
Francoberg. Miſn.

---

SIt TIbI præſto DeVs, Rœbere, DeVS TIbI VIres
Det VIgeant! Lætans hæC TIbI Vota VoVet.

Johannes Caſpar Berthold,
Oſſit. Miſn.

---

*HUnc video remeare diem, Rœbere colende,*
*Quo celebrare ſoles*
*Onomaſma plenum gaudii.*
*Ergo verſiculis conceptum ſuſcipe paucis,*
*Quæ pia vota canit,*
*Patrone magne, mens mea.*
*Hoc vero calidis nunc votis opto precorque,*
*Ut tibi Jova velit*
*Donare cuncta commoda,*
*Et vitam multos longosque augere per annos,*
*Soſpes ut hunc videas*
*Diem redire ſæpius.*

Johannes Auguſtus Bertholdus,
Oſſitienſis Miſn.

O Pater

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-88358-p0010-5

O Pater omnipotens, ter Maxime & optime JOVA,
Qui comples terras, qui regis aſtra Poli,
Porro tuo noſtrum ROEBERUM Numine ſerva,
Amplifica, exorna, ſoſpita, ubique juva!
Ut queat ille diu mandato munere fungi,
Atque docere tuum dogmata ſacra gregem.

Chriſtophorus Seyffertus,
Freib. Miſn.

---

GOTT laß dieſen theuren Mann/ noch viel lange Zeiten ſteigen/
Und den ſchönen Namens Tag/ ferner noch viel Jahr erreichen/
Damit Kirch/ Schul/ und Gemein/ durchaus bleibe unverführt/
Groſſer Gönner nur durch Ihn/ treu und nützlich werd regiert.
Drum O Höchſter ſchütze Ihn/ trag ihn auff den Gnaden-Händen
Biß Er kom̃e nach den Tod zu den außerwehlten Ständen/
Wo ſein Nahm geſchrieben ſteht: Sehe Zeiten ohne Zeit/
Trag den immer grünen Krantz der ſo frohen Ewigkeit.

Theophilus Müller/ von Pretſchendorff.

---

TUum, Rœbere, *pectus*
*Confortet atque firmet*
*Vis Numinis benigni,*
*Illæſus atque ſoſpes,*
*Ut nos docere poſſis*
*Fidei ſpeique plenum*
*Et caritate plenum*
*Cor: atque Nominalem*
Tuum *redire cernas*
*Beatus undiquaque*
Tibi Tuisque *lætum*.

Georgius Henricus Liebe/
Freib. Hermund.

---

יְהֹוָה אֱלֹהִים בְּיוֹם צָרָה יַעַנְךָ
וְחַשֵּׁם אֱלֹהֵי יַעֲקֹב עַד יְשַׂגֶּבְךָ
וְהוּא יִשְׁלַח מִקֹּדֶשׁ תָּמִיד עֶזְרְךָ
וְגַדֹּל אֱלֹהַּ וּמִצִּיּוֹן יִסְעָדֶךָ׃

Ὦ θεὸς ὑψιμέδωνι μέντοι τόνδ' ἄνδρα φύλαξον,
Ὅστε θεοῦ πρὸς γνῶσιν ἄγει, καὶ ἐτήτυμον
οἶμον,
Εὐσεβίης δείκνυσι, καὶ ἀμβροσίου βιότοιο.

Da Deus, ut vivat ſanus per tempora longa,
Noſter ROEBERUS, corpore, mente vigens!

Johannes Andreas VVezelius,
Freib. Miſn.

---

TRiſtis hyems & ſæva premit nunc frigore cuncta,
Atque gelu ſtringit murmur euntis aquæ.
Aſt non friget amor, quo Te, venerande Patrone,
Omnes proſequimur: Vive valeque diu!

Elias Lindner/
Fr. Miſn.

---

יְהֹוָה תָּמִיד יְבָרֶכְךָ
וְיִשְׁמֹר חַכֹּל רִתְכֶךָ
וִיבָרֵךְ אֶת־נַחֲלָתֶךָ
לְעֹלָם שָׁלוֹם יְשׁוּמֶךָ,

Ὦ Χριστέ, Σῶτερ εὐαγὴς εὐρωστίην
μακρὰν Ροφήρῳ ἐμμελεῖ τ' ἐσθλῷ δόθι,
ὡς φωτίσῃ ἡμᾶς ἀπωτέρω Θεοῦ
εὐγνώμονος λόγους τε καὶ προστάγματα.

## Chronodiſtichon.

*ROEBERO* eXIMIas VIres qVæſo affer IoVa,
Vt Longe DoCeat nos bona VerbatVa!

Johannes David Bär/
Freib. Miſn.

---

Ρωβήρῳ Φοῖβος παρέχει ὀνομάσματος ὥραν,
ἐντεῦθεν τὰ Θεοῦ τοὔνομα εὐλογέω.
ὦ Θεός ὑψιμέδων αὐτῷ ἔλεως τε γινέσθω,
καὶ αἰεὶ κρατέοι χάρματα τὰ γλυκερά!
Ἀτρέπτοις ἐν ὁδοῖσι Θεὸς τόνδ' ἄνδρα φυλάττῃ,
καὶ ἐσαεὶ αὐτῷ τ' ὄλβια πάντα διδῷ!

Cor triplex formas; nos ſimplice corde precamur,
Annos multiplicet diva Pronœa Tuos.

Daniel Henricus Weidemüller/
Freib. Miſn.

*Hyems riget nunc frigore*
*Et candidos floccos nivis*
*Diſpergit atque projicit:*
*Tot fauſta depluant tibi,*
*Rœbere Dilectiſſime,*
*Quot Bruma jam nunc horrida*
*Floccos nivis diſſeminat.*

## Madrigal.

Trit Sonn heraus aus deinen Gold-Geſtaden/
Beglücke dieſen Tag/
Den Er erlebt ohn alle Noth und Plag/
Den Er ſehr glücklich hat erblicket/
Von GOTT annoch beglücket/
Mit Gnad und Gütigkeit/
Drum bin ich itzt ſehr willig und bereit
Zu wündſchen Ihm von Hertzen/
Daß Er ohn allen Schmertzen
Noch öffters mög den Tag begehn/
Und ihn ſehr glücklich wiederſehn;
Er möge biß an hohen Himmels-Achſen/
Hochwerther Röber/ wachſen.

Johann - Michael Poetius,
Mariæmont. Miſn.

---

DUm Tibi procedit meliori lumine Titan,
Gaudia concipio, & debita vota fero:
O ſerva huncce VIRUM, DEus ô Rex maxime Regum,
Caſtam conſerva tu thalami Sociam;
Serva porro diu ſobolem charamque/piamque,
Conſerva totam conſpicuamque Domum!

Chriſtianus Erneſtus Werner/ Francob. M.

---

M*Ulti multa vovent, ego paucula,* Magne Patrone,
*Dum* feſtum *celebrant noſtra Lycea* Tuum:
Vive, Vire, flore! *hæc certe pia vota vel ipſum*
*Invictum Numen vincere ſola queunt.*

Johannes Erneſtus Schönleben/ Altenberg. M.

---

אֱלֹהִים יִשְׁמֹר לָעַד בֵּיתֶךָ
יְהִי עִמְּךָ תָּמִיד בִּרְכָתֶךָ:
יְהוָה קָדוֹשׁ יְבָרֵךְ נַפְשֶׁךָ
וְיָשֵׂם שָׁלוֹם לָעַד עָלֶיךָ:

Gottofredus Spieſſius, Bobritio Miſn.

CEdite luctiſoni queſtus, & quicquicquid amari
Urit adhuc, mordetque animos. Jam læta ſubintrant
Gaudia, quæ noſtros animos ad ſidera tollunt.
En! rediit ſperata dies, quæ digna beatô
Plauſu, quamque hodiè celebrat Prædulcis Epopta,
Nobis quod ſit iter monſtrans ad ſidera cœli.
Ædibus in Domini floreſcat ad inſtar olivæ,
Et ſic incolumis vivat per tempora longa!

Christianus Bordmannus, Ober-
Lichtenavienſis M.

---

*Corporis atqve animi DEUS inſtrue robore noſtrum*
*Rœberum: hanc lucem ſæpe redire jube.*

Johannes Chriſtinnus VVundervvald, Artzberg. M.

---

*Opto precorqve,*
*Te DEus almus,*
*Dulcis Epopta,*
*Soſpitet atqve*
*Tempora longa,*
*Incolumem* Te,
Magne Patrone,
*Servet & annos*
*Neſtoris addat.*

Heinrich Fiedler Albertheynenſ. M.

---

CReſce, vigeqve diu ceu frondens ramus olivæ
Conjuge cum chara, pignoribusqve Tuis.
Vivite ab omni parte beati, vivite in annos!
Qvid multis? flore, creſce, Patrone, vale!

Adam Friederich Petzold/
Saydâ Miſn.

---

ROEBERI fugitote procul, turba impia, vultus,
Ipſum tutatur dextera namque Dei.
Audit enim, votisque favet pius ille rogantum,
Nec ſinit is noſtras non valuiſſe preces.
Ocyus illius confuſio ſubruat hoſtes,
Et timor averſos acceleratus agat!

Chriſtianus Benjamin Hoffmann/
Mügl. Miſn.

---

*Porrò conſerva Deus hunc* Epoptam,
*Ut diu poſſit reſerare nobis*
*Omnibus ſecreta Dei, & ſacrata*
*Jura Tonantis!*

Chriſtianus Hoffmannus,
Roſvinenſ. Miſn.

---

GAude, Patrone Magne,
Tot plauſibus bonorum,
Qui vota pro ſalute
Tua ferunt precantes,

Ut

Ut ſalvus atqve ſoſpes
Vivas, Patrone Magne!
Tot vota pro ſalute
Tua audiat ſupremus
Terræ polique Rector!

Chriſtianus Gottofredus Mollerus,
Freib. Miſn.

---

Laß allzeit / O JEſu / die himmliſchen Schaaren /
Herr ROEBERN vor Kranckheit und Unglück be-
bewahren /
Auff daß Er uns alle ſehr lange mög lehren /
Und uns dadurch alle zum Himmel bekehren /
Auch endlich nach vielen beſchwerlichen Leiden /
Erhoben mög werden zur ewigen Freuden!

Johannes Chriſtoph Küttner /
Freib. Miſn.

---

*DEt lumen vitæ Numen per Neſtoris Annos,*
*Ut videas felix hunc remeare diem!*

Gottfried Mahn.

---

QVot niveis floccis tecti campi atqve viæ ſunt;
Tot TIBI Jova duit, Paule colende, bona!

Auguſtus Königsdörffer.

---

Κύριε ὑψιμέδων, βασιλεῦ φίλε δῶτερ ἐάων,
Ἄισια Ῥωβήρῳ εὐλογίῃσι δίδω!

Johann Samuel Hauffe / Oberneu-
Schönb. Miſn.

---

*VObiscum Dominus! dicis, cùm pulpita ſcandis,*
*Ut qvoqve ſit* Tecum, *comprecor ex animo.*
*Sit qvoqve cum ſocia caſta per tempora longa,*
*Sit qvoqve cum natis, ſit benedicta domus!*

Johannes Caſparus Zeißig /
Fr. Miſn.

---

INſinuet ROEBERE Tibi ſe gratia Jovæ
Inqve ſinum effundat gaudia firma Tuum.

Gottfried Heinrich Griebe /
Dreſd. Miſn.

---

WAs ſoll ich Mein ROEBER bringen?
Ich wil beten was ich kan /
Daß JHM alles mög gelingen /
Was ER mit GOTT fänget an /

GOTT der Höchſte wolle geben/
Daß ER ſtets geſund mög leben.

Adam Gottfried Vogelſang/
Oederan. Miſn.

---

DEr HErre ſey mit euch! Das iſt der ſchöne Seegen/
Damit Herr Röber uns offt pfleget zu belegen:
Ich wündſche wiederum/ der HErre ſey mit dir/
Mein Röber/ daß du kanſt uns länger ſtehen für!

Gotthelffius Meyerus,
Hermsdorff. M.

---

Σοίγε παρεϛήκῃ Θεὸς ἐν κακότητι ἀνάγκης,
Ἡσυχίην ἀγαθὴν ἤδε τὰ ἐσθλὰ διδοῦς.

Johannes Chriſtophorus Biehle/
Hainichenſis Miſn.

---

*QVi ſuper alatam Cherubim ſedet omnia ſpectans,*
*Qvique movet nutu terrea regna ſuo,*
*Aſpiciat Clemens* Te *ſemper* amande *P*atrone,
*Munus obire qveas officiumqve Tuum.*

Chriſtian Gottlieb Ballweg/
Knobelsdorff. Miſn.

---

SEhr werth geehrtes Haupt/ die Zeit iſt nun verhanden/
Da ich zu Ehren JHN Mich habe unterſtanden
Auff ſeinen Nahmens Tag Ihn auch zu binden an:
Mein Angebinde iſt/ daß ich ſeufftz Himmel an/
Daß doch der höchſte GOtt Ihn ferner woll erhalten/
Daß ſeine Leibes Krafft bey Ihm nicht mög erkalten/
Er lebe unverrückt in ſteten Wohlergehn/
Und ſehe nichts als Glück zu ſeiner Seiten ſtehn.

Gabriel Gottlieb Schneider/
Pretzſchenſ. Sax.

---

QVo nunc Rœberum dono afficiam? mihi ſolum
Hoc Votum eſt: ſoſpes vive, Patrone, diu!

Chriſtophorus Chemnizerus,
Conradsd. Miſn.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-88358-p0016-8

220

382

# SURSUM CORDA

ad

impetranda

VIRO

*MAXIME REVERENDO, A*

*Excellentiſſimoqu*

DOMINO,

# D. PAULO PH

# RÖBERG

ECCLESIÆ ET DIOEC

FREIBERGENSIS

PASTORI AC SUPERINT

MERITORUM GLORIA CELEB

PATRONO SUO Æ

TISSIMO,

CORPORIS ANIMIQUE

ipſis Onomaſteriis Paulin

*d. 25. Januar.* *A. R. G. M DC*

*ex devotiſſima obſervantia ferebant*

GYMNASII COLLE

cum

SUPERIORUM CLASSIUM AL

Typis Beckerianis.

219.